



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

105. An Summus Pontifex, vel Reges teneantur ad beneficia eligere  
digniores? Ex part. 8. tract. 7. & Miscell. res. 83.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

An sit licitum aliquando eligere in Parochium vel Episcopatū hominem improbum, & prauis motibus mortis indignum, & dissimilatum concubinariū, si alii non reperiatur alius idoneus ad administrandā Sacramenta; affirmatiue respondet Peyrinus 10.1. de fabria q. 1. cap. 31. §. 3. concil. 3. Probat: quia in hoc casu non esset eligere indignum, sed prouidebo bono communī, ad quod electores tenentur, cui nec alter, nec alio modo, consilere possunt. Etenim quāmis electus administratur sit Sacramenta indigē, nam electores ad hoc non concurunt, sed solum permittunt, sicut permittuntur meretrices ad eundam maius malum, & sicut qui petit mutuum ab vultu, qui non dabit, nisi cum vultu, & qui per Sacramenta à Parochio, quem scit administratum in mortali. Et ratio a priori est, quia electus potest in gratia, si convertatur ad dominum, ministrietur: Quod si non convertatur, & in peccato ministeret, culpa sua est, non electorum, qui solum attendunt in illa necessitate prouidere bono animarum, quae indigenā administrationē Sacramentorum ad salutem.

6. Verum ad hec argumenta responderet Thomas Hortatus vbi supra §. 1. n. 135.6. cum seq. & negatiū lēmentum fuit, quod etiam docet Malderus 10.2. 1. trāct. 9. cap. 2. dub. 6.

### RESOL. CIV.

In Dicimus sūtra in beneficiis simplicib⁹ non teneri. Eleborū eligere digniores, sed tamē dignos; queritur modo, an haec sententia procedat etiam in beneficiis Curātū, ut sunt Episcopatus, &c. que conferunt Pontifices, & Reges?

Et an dicta sopradieta difficultas non procedat, quando beneficia per concursum competentia, & oppositorum conferuntur? Ex p. 2. trāct. 15. & Misc. 1. Ref. 40.

§. 1. Negant omnes, & est communis sententia. Fernand. in suo exam. Theol. p. 4. c. 4. §. 1. n. 2. Cattellinus in tr. de elec. canon. c. 9. per totum. Mol. Elias in summo. 1. trāct. 6. tit. de beneficiis, n. 6. & 61. Turianus 14.2. tom. 2. disp. 22. dub. 1. n. 2. & alii quos citat & lequitur Barbolai in collect. 10. lib. 1. iii. 6. c. 19. n. 4. Valent. tom. 3. disp. 5. 9-7. puncl. 2. Vega in summo. 1. 109. cap. 1. Malder. in 2.2. trāct. 9. c. 2. dub. 7. Vafapac. de beneficiis c. 2. §. 3. dub. 1. & 8. Azor p. 2. 1. 6. 13. 4. 1. 8. & 9. & D.Th. 2.2. q. 6; art. 2. ad 3. cum Cate. Aragonio, Salonio, & Banç ibid. Verba Diui Thome hac sunt. Ut electio non possit innoveri in suo iudiciali, sufficit eligere bonum; nec oportet elegere meliorem; quia sic omnis electio posset habere calumniam sed ad conscientiam eligentis, necesse est eligere meliorem. Rationes vide apud DD. citatos. Ad hanc tantum verba Innocentij III. in cap. vico, tit. de Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur, vbi ait: Non ex affectu carnalium sed dico iudicio debilitati Ecclesiasticum officium in perfonam magis idoneam dispensare: & merito quidem. Nam dimittendo dignitatem sine causa debita, violatur iustitia distributiva, ex qua beneficia sunt bona cōmuniā, & premia meritiorum, & committuntur peccatum aceptionis personatum, quod est in mortale genere suo.

2. Sed hæc omnia absolute sunt vera, quidquid in contrarium altera glossa in cap. licet ergo 8. quod in c. Monasterium 16. quest. 7. & in c. 2. de officiis ecclasiis, & c. 3. de iure patron. cum Rocchio de uestiarior. ver. honorificum q. 15. ad finem; & Pedrazzini in sum. præc. 7. §. 36. qui affert aſſolutū solūm ēlēctio peccatum veniale, eligere dignum prætermisso ēggiore, quamvis peccetur contra iustitiam disti-

butiuam. Vnde non est audiendus Filiiuc. tom. 3. trāct. 4. cap. 4. n. 181. qui afferit: hanc sententiam esse probabilem, & Alexander de Aléx. part. 2. q. 136. §. 2. qui putat, solum in Episcopatibus esse peccatum prætermittere dignorem, non autem in ceteris beneficiis, etiam curam animarum habentibus.

3. Tamen difficultas constitit, an opinio communis, que prorsus est amplectenda, procedat etiam quo ad illos, qui ius habent conferendi beneficia per prouisionem liberam, ut sunt Reges, & Sum. Pontif. ita virili teneantur eligere digniores. Pater Lessius lib. 2. c. 34. dub. 14. num. 64. affirmatiue respondet, vbi ait. Qui liberè conferunt beneficia, grauitate peccant, si digniores prætermittant, sive sit Papa, sive Princeps secularis; non enim sunt domini beneficiorum, sed cœconimi. Si hæc opinio esset vera, magnus pondus haberent Pontifices, & Reges. Sed mihi probabilis videtur etiam contraria sententia, quam ex neotericis sustinet Reginald. tom. 2. lib. 30. trāct. 3. c. 14. num. 197. vbi sic afferit. Qui ius habent conferendi beneficia per prouisionem liberam, ut Papa, ac nonnunquam Princeps ex priuilegio, vel consentu ratiō Ecclesie, non tenentur eligere digniores, nisi in promptu sint; sed sufficit eligere dignos, alioquin enim semper teneantur digniores querere, quod à Papa, vel à Regibus exigere, durum est. Hæc Reginaldus, cuius sup. hoc in doctrina non procedit, quando beneficia per concursum competentium, & oppositorum conferuntur, sed quando, ut diximus, conferuntur per prouisionem liberam.

Sup. hoc in  
Ref. seq.

Sup. hoc in  
R.C.  
108. §. Diffi-  
cultas est,  
& in aliis  
cius not.

### RESOL. CV.

An summus Pontifex, vel Reges teneantur ad beneficia eligere digniores? Ex part. 8. trāct. 7. & Misc. Ref. 83.

§. 1. Afirmatiua sententiam, & merito, com- muniter docent Doctores; sed ego notaui in part. 2. trāct. Miscellan. refolui. 40. Reginaldum tom. 2. lib. 30. trāct. 3. cap. 14. num. 197. ex errore Typographi, in meo Codice num. 179. docere hanc sententiam limitandam esse in Summo Pontifice & Regibus habentibus liberam prouisionem, sed hanc limitationem, in ceteris, non admittit Eminent. Lut. de Instit. tom. 2. disp. 35. sect. 2. num. 10. & seq. illam tamen tanquam probabilem, me etiam citato, admittit Aegidius Trullench in Decal. tom. 2. lib. 7. cap. 11. dub. 8. n. 4. vbi sic ait. Aduerte etiam esse valde probabile, & tutum in praxi eos, qui habent ius conferendi beneficia curata, in d. & Episcopatus, per prouisionem liberam, ut sunt Papa, & Rex, aut Princeps, ex priuilegio non teneri eligere digniores, nisi in promptu fin, sed sufficit eligere dignos, alioquin semper teneretur querere digniores, quod à Papa, vel Rego exigere durum est. Ita Trullench, & hanc opinionem nouissimè etiam me citato Iohannes Machado de persell. Confess. tom. 2. lib. 6. part. 1. trāct. 1. docum. 18. n. 4. vbi ita afferit: Si el Rey, que presenta los Obispos, este obligado a presentar al mas digno que hallete á mano, ó cumplia con elegir persona digna, es controversia entre los doctores: la mas comun y recibida opinion es que cumple el Rey con presentar persona digna, y que no es obligado a buscar el mas digno porque fuera cosa dura si el Papa, y Rey que tiene libre elección en los Obispados se hallasen obligados á buscar siempre el mas digno. Ita ille; sed ut verum fatetur; non videtur discedendum à sententia Cardinalis Lugo, quia ferè semper digniores in promptu haberi, & cognosci possunt.

Quæ hic est  
Ref. antece-  
dens per to-  
ram, & fi-  
gnanter §.  
vlt. pro hoc  
loco. Regi-  
naldi, sed le-  
ge. eam a  
principiis &  
aliam in  
polistam in  
annos. fe-  
cunda. dict.  
Ref. quæst.